UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Belgium, aliasq́ue orbis Christiani prouincias

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XLIV. Iprense S. Martini Olim monasterium, in Flandria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

Visual Library

cum Epiſcopatu Ambiacenſi vnita. Ante ſummum altare notatur locus, in quo ſanctus Martinus adhuc catechumenus, & poſteà Turonenſis Epiſcopus, chlamydem ſuam ſcidit, & pauperi petenti dedit. Fuit enim eo loci olim vrbis porta. Quæ omnia volupe nobis fuit ex adiuncta inſcriptione diſcere, cùm ante annos aliquot Ambiani eſſemus.

CAPVT XLIV.

IPRENSE S. MARTINI OLIM monaſterium, in Flandria.

B. IOANNES Morinenſis Epiſcopus ad Ipram fluuiũ, quem Decretales Ipretum vocant, an. 1101. monaſterium inſigne, in honorem S. Martini conſtruxit. Cui quidem monaſterio religioſis hominibus admodum efflorеſcenti, poſteà omnium Iprenſis opidi parœciarum procuratio eſt commiſſa.

Monaſterium iſtud, multiplicatis in Belgio Epiſcopatibus, patriâ memoria verſum eſt in Collegium cathedrale Iprenſe Canonicorum ſæcularium. Vide origines noſtras Collegiorum Canonicalium.

(∴)

CAPVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN